

altera, si in additione erratum non est. Quod si plures sint addendæ minutia, subtracta vna earum ex summa, relinquetur minutia alijs simul sumptis æqualis. Vt quoniam hæc minutia  $\frac{3}{4}$ .  $\frac{5}{12}$ . additæ faciunt  $\frac{56}{48}$ . id est,  $1\frac{4}{8}$ . si ex hac summa subtrahatur prior minutia, nempe  $\frac{3}{4}$ . vt in sequenti c. docebimus, remanebit hæc minutia  $\frac{80}{48}$ . quæ æqualis est alteri minutia  $\frac{5}{12}$ . vt patet, si ad minimos terminos reuocetur, vel numeratores per denominatores in crucem multiplicentur. Producetur .n. idem numerus tam ex 80. in 12. quã ex 5. in 192. nempe numerus 960. Quare, vt supra capit. 7. diximus, æquales sunt minutia  $\frac{80}{48}$ .  $\frac{5}{12}$ .

SVBTRACTIO FRACTORVM NUMERORVM. CAP. XII.

SI duæ minutia, quarum minor ex maiore subducenda est, habeant eundem denominatorem, subtrahendus est numerator minutia subtrahendæ ex numeratore alterius, & residuo idem denominator subscribendus. Si vero diuersos habeant denominatores, reducendæ sunt prius ad eundem denominatorem, & tunc eodem modo instituenda subtractio. Vt si subtrahenda sit hæc minutia  $\frac{5}{17}$ . ex ista  $\frac{8}{17}$ . subtrahemus numeratorem 5. ex numeratore 8. & residuo 3. eundem denominatorem 17. supponemus, vt fiat minutia residua  $\frac{3}{17}$ . quemadmodum si 5. aurei ex 8. aureis tollantur, remanent 3. aurei. At verò si deducenda sit hæc minutia  $\frac{2}{3}$ . ex ista  $\frac{8}{9}$ . reducendæ erunt prius ambæ ad has  $\frac{18}{27}$ .  $\frac{24}{27}$ . eiusdem denomi-